

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Medit. I. De primo Christo comite seu indigentia summa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

XVII. Prima virtus Monachi (& cuiusvis Christiani) est, luminum judicia contemnere. S. Hieronymus.

XVIII. Ars vitæ est, rectè sentire, sincerè velle, perfectè eripi.

XIX. Vince, quod delectat: fortiter aggredere, quod terret; ferre leniter, quod dolet. Thomas Kemp.

XX. Ama, & cole S. Scripturam, quia in ea, quidquid docetur, est veritas: quidquid præcipitur, est bonitas: & quidquid promittitur, est felicitas.

## D I E S   S E X T A .

**S**COPUS hujus diei est, ostendere, quomodo Christus artem siplam patienti docuerit, & in præcipuis tribus objectis hujus Artis, scilicet indigentia, dolore, & contemptu se geferit; ad hanc enim omnia, quæ passus est, revocari possunt.

### Tessera.

Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini mei JESY Christi, per quem mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo.

### M E D I T A T I O   I .

#### DE PRIMO CHRISTI COMITE, SEU INDIGENTIA SVMMA.

Præludium primum est, Christum in cruce pendentem, & omni auxilio, solatiisque destitutum intueri.

Præludium secundum est, petere gratiam, ut hanc Christi indigentiam clare cognoscere, & sedulo imitari queas.

### Punctum I.

Considera I. Quantam Christus omnium rerum indigentiam sustinuerit 1. *In cibo & potu*, dum nullum cibum refollantem, qui tamen plerumque Reis ad mortem damnatis liberaiter offertur; & ingenti præterea siti cruciatus, ut ipse per verbum *Sitio confessus est*, nec aquæ guttam, quam tantam sitim extingueret, habuit. 2. *In Vestibus*, dum nudus in cruce pendebat, & nec linteum, quo corporis occulta regret, habebat. 3. *In habitacione*; uti ipse Matth. 8. significavit dicens: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos*:

nidos: *Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.*  
 4. In Amicis: sic enim ipse met iterum per Davidem Ps. 141  
 indicavit: *Considerabam ad dexteram, & videbam, & me  
 erat, qui cognosceret me, & juvare, ac consolari posset, =  
 vellet.* 5. In consolationibus: hinc tristis erat anima quae  
 usque ad mottem, ita ut exclamare cogeretur: *Domi-  
 nenu, ut quid dereliquisti me, ita ut vere dicere poter-  
 et cum Psalmista Ps. 69. *Ego vero egenus & pauper sum: Do-*  
*adjuva me.**

Considera II. Quanta cum patientia, alacritate, ac con-  
 stantia hanc indigentiam tulerit Christus; id colligere pos-  
 sis, si ex una parte perpendas, quam facile ipsi fuisset, omnium  
 supra dictorum abundantiam sibi procurare; ex altera ve-  
 pariter consideres, quod non modo quidquam simile ne-  
 procurare, sed potius, ut gravitatem & molestiam talis in-  
 gentiae augeret, sitim suam acero ac felle extingui (ut 3. De-  
 vid in Persona ipsius Ps. 68. indicavit dicens: Dederunt  
 escam meam fel, & in siti mea potaverunt me acero) sic  
 loco autem durissimum signum accipere, & Amicorum loco  
 inimicos capitalissimos tolerare voluerit, de quibus Ps. 1.  
 ipse per Davidem dixit: *Longe fecisti nositos meos a me, p-  
 fuerunt me abominationem sibi.*

Considera III. Quantopere tu erubescere debeas, dum al-  
 vertis, quam parum tu hactenus Duci tuo similis esse studi-  
 os in hac indigentia; si enim Urias 2. Reg. c 11. dixit: *Ara-  
 DEI, & Israël, & Iuda habitant in papilionibus, & domi-  
 nus meus Joab, & servi Domini mei super faciem terrae mo-  
 nent, & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam,*  
*& dormiam cum uxore mea? per salutem tuam, & per-  
 lutem anima tua non faciam rem hanc, quanto magis ru-  
 benter parvam aliquam indigentiam libenter sufferre debes*  
*si recorderis, quam magnam omnium rerum indigentiam*  
*Christus amore tui toleraverit. Vide ergo, quomodo deli-  
 ceps gerere te velis. Colloquium ad SS. Patronos.*

### Punctum II.

Considera I. Quas ob causas Christus tam promptè han-  
 indigentiam sustinuerit, nimirum ob sequentes tres. 1. Quae  
 sic voluntas DEI exigebat, quæ ipsi omnium rerum loco era-  
 unde,

unde, ut S. Leo Papa ser. 4. de quadrt. loquitur, non pavebat  
in M<sup>un</sup>do indigentia laborare, cui donatum erat in  
unum verum Domino omnia possidere. 2. Quia adver-  
sus, per hanc indigentiam, se Cælesti suo Patri propriorem  
et similiorem fieri, utpote qui ab ipsa usque æternitate se  
solo contentissimus vivebat, nec ullam extra se creaturam  
lubebat; id quod jam olim etiam Socrates Philosophus agno-  
ville creditur, ut qui, teste Laertio l. 2. dixisse fertur, eum  
esse Diis simillimum, qui quam paucissimis egeret, cum Dij  
omino nullus egeant rei. 3. Quia pariter cognoscet, hanc  
indigentiam esse expeditissimam viam ad Tariacos  
hostes vincendos; hinc, ut S. Gregorius recte ho. 32. adver-  
tit, ad se venientibus nobis Dominus pracepit, ut renuntie-  
mus nostris; quia, quicunque ad fidei agonem venimus, lu-  
cram contra malignos Spiritus sumimus. Nihil autem  
maligni Spiritus in hoc Mundo possident proprium; nudi ergo  
cum nudis luctari debemus; nam si vestitus quisq<sup>ue</sup> cum nudo  
ludatur, citius ad terram deicycitur, qui a habet, unde teneat.  
Quid enim sunt terrena omnia, nisi quadam corporis  
indumenta?

Considera II. Quam æquum sit, ut tu quoque præ alijs  
per hac motiva ad similem indigentiam latissimo animo  
supportandam te excites, &c., quod pius Author de consola-  
tionibus dixit l. 3. c. 16. hoc alijs etiam materijs & occasio-  
nibus applies: Hac mihi sit consolatio, libenter celle care-  
remi humano solatio. Et si tua defuerit? consolatio sit  
mobita voluntas, & justa probatio prosummo solatio.

Considera III. An & quomodo occasiones talis indigen-  
tia haec tenet arripueris, & arripere deinceps velis. Collo-  
quium ad B. Virginem.

### Punctum III.

Considera I. Quos fructus Christus ex hac indigentia seu  
paupertate reportaverit, videlicet 1. Singularem in perfe-  
ctione & virtutibus progressum; cum, sicut rerum faculta-  
tis instrumenta sunt omnium Virtuum, sic rerum abnegati-  
onis generatrix, nutritrixq<sup>ue</sup> sit omnium Virtutum; &, ut S. Au-  
gustinus super Psal. 76. dixit: Omnis Philosophia (atque adeò  
quam celestis) Magistra sit inopia; unde & Seneca ep. 17.  
dice-

dicebat, si quis vacare animo, aut pauper sis oportet; aut per similitudinem; non enim capit virtutis via magna onera portantes, ut Lactantius Firmianus agnovit. 2. Maxima anima tranquillitatem; nam, ut S. Climacus Grad. 17. test. dixit, Paupertas (& indigentia) est abdicatio sollicitatum seculi; iter ad DEVM sine impedimento, expulsio omnis tristitia, fundamentum pacis, munditia vita, que non librat curis omnibus vita transenit, & facit, ut DEI modata perfecte exequamur. Hinc Salomon c. 16. Prov. facit mentem iugi convivio similem esse dixit; quæ aumen mens magis secura est, quam quæ concupiscentiam, teste S. Jacobo c. 4. omnes lites in nobis oriuntur, sicut 3. Centuplum præmium in hac & altera vita; nam, in pienter S. Bernardus ser. 21. super Cant. dixit, Nemo enim omnia saltem affectu relinquentes, inopem vitam degenerat, & omnia possidentes, qui a sola audiunt in promesse; possident enim & terrena, & quidem tanquam nihil bentes, & omnia possidentes, eorum certo magis Domini, & inimicis cupidi. Denique fidelis homini totus Mundus diuinorum est. Totus planè, quia tam aduersa, quam proflua ipsius aquæ omnia serviant ei, & cooperantur in beatis. Quem fructum considerans S. Hieronymus, O quam beatitudine, inquit, pro parvis magna recipere, aeterna probrevia pro morituris semper inventia, & habere DEVM doctorem.

Considera 2. Quam præclari sint hi fructus, dignissimi propter quos consequendos cum S. Pauli & ipsius Christum natum & exemplum omnia terrena arbitris ut stercora, & Mundo utaris, quasi non utaris, contentus, si victum & amictum habeas; & S. Augustini ser. 28. de verbis Apost. Confidit semper in mente habens: Non tibi displiceat paupertas tua, nihil enim potes diuinus invenire.

Considera III. Quid proinde deinceps hac in te facere, & quomodo hunc primum Christi comitem & tu impostorem in tuam Societatem adsciscere velis illud Seneca monitione Lucilio datum tibi applicans: *Incipe cum paupertate (& indigentia) habere commercium. Aude, hospes, contemnere opes, & te quoque dignum finge DEO (& Christo) nemesis est DEO dignus, quam qui opes contempti. Colloquies ad Christum cum congruis affectibus.*